EMBLEMA XXVI.



Ausus Lethali Reges incessere Iambo
Daphidas tenui nomine grammaticus,
Ecce miser merito Thorace in monte pependit,
Sors vt in exemplum talibus ista foret.

Daphi-

EMBLEMA XXVI.

Daphitas el Gramatico atreuido
En el monte Thoraz veys ahorcado
Por que con libertad ha pretendido
Dezir mal de ſus Reyes, y fue oſado
En ſus peruerſos verſos deſmedido
Contar quanto mal dellos ha ſoñado,
Tal caſtigo mandaron ſe le dieſſe
Porque eſto a los demas exemplo fueſſe.

Nimia aliquorum in detrahẽdo licentia, quæ in Grammaticis plerunque inueniri ſolet, parùm aliquid vltra primas literas progreſſis, & canina facundia in obuium quenq; ſæuientibus, iam olim in Daphita veteri literatore affecta eſt ſupplicio. Sed mirũ, quàm parùm illis profuerit, qui eandem facultatẽ profitentur, & iniquiſſimos veterum mores imitari non deſiſtunt, meritò ab omni Rep. expellendi, quemadmodum à prudentium, & nobilium conſortio non ſine cauſſa excluduntur.

EMBLEMA XXVII.



Quã longe à terris magnus se ostẽdit Olympus,
 Tam procul à nobis vita perennis abest.
Quicunq; hanc viuens sperat cõtingere, credat
 Posse etiam audaces mittere in astra manus.
Quod si aliquem mulcent instãtis gaudia vitæ,
 Est opus æternæ desidiosus agat.
Quam felix quisquis potiorem elegerit, ex quo
 Vnam duntaxat conuenit eligier.

Quan

EMBLEMA XXVII.

Quan Lejos de la tierra veis el cielo
Tan Lejos desta miserable vida
Esta la eterna llena de consuelo.
Quien aqui la pretende, se despida
De alcançar las estrellas desde el suelo
Que si este mundo sigue, el otro oluida.
Y pues vno de dos ha de goçarse
Dichoso el que procura mejorarse.

Quantum à terra ipsa distat cœlum splendore stellarum ornatum, tantum terram à cœlestibus distare necesse est. Quicunq; enim de rebus infimis cogitant, & solum terrena sapiunt, & in terris nomina sibi ascribi desiderant, in ipsa terra maneant consepulti decet. Sed qui cœlestia meditantur, & in cœlis nomina sua scribi cupiunt, quod terram sapit execrantur, cœlum mente habitant, & cœlestia semper meditantur, iuxta illud praeceptoris nostri. Qui de terra est, de terra loquitur. Ex quibus facile ostenditur Hispanum thema, Alterum ex duobus eligendum.

Magna

EMBLEMA XXVIII.



Magna sibi ascribunt elati nomina Cretes,
Quod sua nascentem viderit Ida Iouem.
Hic petiere Deũ. procul vt labor omnis abesset,
Vitaq; iam nullo mixta dolore foret.
Cum tamen abnuerit, mala cõmutare vicissim
Posse dedit certa Iuppiter ipse die.
Quã cũ vidissent sic tot miseranda, recedunt
Contenti damnis iam sibi quisq; suis.

Blasonan

EMBLEMA XXVIII.

Blaſonan los de Creta auer naçido
Entre ellos el gran Iupiter, y a queſto
Les hizo demandar lo que tan preſto
Les fue negado, como fue pedido.
Y era que fueſſe dellos deſpedido
El trabajo que a todos es moleſto:
Y que de alli adelante todo el reſto
De la vida, paſſaſen ſin gemido.
Siendo pues impoſible, pretendieron
Pudieſſen entre ſi trocar ſus males,
Sacandolos a plaça cierto dia
Y eſto alcançado, vieron coſas tales
Que ſinquerer trocar ſe deſpidieron
Y cada vno eſcogio lo que tenia.

Precibus olim Cretes à Ioue poſtularunt, vitã beatã abſq; laboribus, et ærumnis agerent. Quo non impetrato: vt permutatio fieret obtinuerunt. Aduenĩẽte iam die, omnes in ampliſſimum forũ conuenere, ſua quiſq; incõmoda ſacculis geſtãtes, vt quæ deponere non poterant, ſaltem cõmutarent. Sed vbi aliorum calamitates, & miſerias aſpexere, leuiores moleſtias ſuas exiſtimarunt: vnde ſuis quiſque contenti domum redire maluerunt.

Arca-

EMBLEMA XXIX.



Arcanum quisquis facinus commiserit audax
Quod non facturus, ni latuißet, erat,
Si forte alterius penetrauerit abdita, rebus
Debuerat melius consuluiße suis.
Nouerit et cautus, recludat ut omnia tempus,
Quæq; voluta latent, explicat una dies.

EMBLEMA XXIX.

Quien ſe atreue fiado del ſecreto
A lo que no lo ſiendo no hiziera,
Si a caſo ſupo por algun reſpeto
Las coſas de otros, atender deuiera
Que a no menor peligro eſta ſujeto,
Y en eſſo claramente conoçiera
Su engaño, pues tam mal el mal ſe encubre
Que al fin el tiempo todo lo deſcubre.

Inter alia quæ ſibi mentitur iniquitas, nunquam in lucem proferendum ſcelus eſſe ſuadet, quod in tenebris ſit admiſſum: quaſi latere quicquam poſſit Deum, qui præſens eſt vbique: à quo propterea decretum eſt, nihil ita eſſe occultum, quin aliquando reueletur. Et quamuis tempus omnia prodere dicatur, diuinæ tamen Iuſtitiæ, atque prouidentiæ tribuendum eſt, vt inde omnes intelligãt nihil mali fieri poſſe ſub vana, & fallaci ſpe, nunquam id detegendum eſſe.

Qui

EMBLEMA XXX.



Qui regit Imperio populos, nomenq; Tyranni
Effugit, haud iræ turbidus igne fremat.
Nec veniam facilis præſtet, ſed lenis, & acer,
Sectetur varias qua decet ire vias.
Nō etenim fruſtra præclara inſignia Regum
Dulcia amara ſimul, Punica mala gerunt.

EMBLEMA XXX.

No deue ser cruel o justiçiero
(Que dizen) si lo es en demasia
El Rey que para serlo verdadero
Huye de lo que suena a tyrania.
Tan poco es bien perdone de ligero
Lo que de veras castigar deuria,
Que no embalde es creçida y coronada
La fruta de agro y dulce sazonada.

Malum granatum hians, quod acrem saporem dulci commiscet, non ab re Regali Corona ab ipsa natura insignitum est: vt hinc Principes attendant, nihil tam regium, & imperio dignum esse, quàm ingenium mite: quod ad ius exequendum, vbi conuenit, est paratum, & ad æquitatem, & clementiam paratissimum. Fuit hoc insigne Regis nostri Henrici Quarti, & meo iudicio præstantius illo Gallorum Regis in igne, & Salamādra, cum inscriptione, Nutrior, & extinguo.

Si

EMBLEMA XXXI.



Si morior, ſubito ſimul hic moriatur oportet,
Quid dubito? aſt demẽs quod ſcelꝰ aggredior?
Sed tñ aggrediar, verũ heu manꝰ ipſa recuſat,
Vis ſatis ad veniam, quidni ego triſtis agam?
O nate infelix indigna hac morte rependе
Lac quod ſuxiſti matris ab vberibus.
Accede atq; iterũ noſtra hæc te in viſcera cõde,
Membraq; de membris edita redde meis.
Nanq; vbi dißoluam naturæ vincla, ſepultum
Hoc miſerum in miſero corpore corpus erit.

EMBLEMA XXXI.

Si muero ha de morir que le es forçado
Que dudo? mas que hago? pero baste
La fuerça por escusa, o desastrado
Hijo, paga la leche que mamaste,
Bueluete al cuerpo que te ha engendrado
Buelue los miembros que de mi lleuaste,
Que rompiendo las leyes de natura
Hare del cuerpo al cuerpo sepultura.

Nihil vnquam miserius potuisse contingere videtur, quam quod Hebræis euenisse in historia sacra narratur, nempe oblitas matres suæ naturæ, & vehementis in filios amoris. ne fame perirent, quod incertum illis erat, suos filios neci primùm dedisse, ac demum deuorasse. factum horrendum, & indignum referri: nisi & hoc fieret in humanæ vicissitudinis, & extremæ miseriæ memoriam, ad similium detestationem, quæ solum muliebre ingenium si liceat affirmare, excogitare potest.

Ardens

EMBLEMA XXXII.



Ardens hæc olim Lampas, & sella Curulis
Non nisi supremis tradita iudicibus,
Ostendunt quantum debet præcellere factis
Quicunq; excelso præsidet in solio.
Quamq; ea perpetuo sint conspicienda nitore,
Cùm sic multorum subdita sint oculis.
Vt tandē Illustris, Clarus, Spectandus, adire
Sic valeat meritis nomina digna suis.

EMBLEMA XXXII.

Las inſignias que veys antiguamente
Fueron de tanto precio que eran dadas
A los ſupremos juezes ſolamente:
La Silla, porque fueſſen leuantadas
Sus obras, y la Luz: porque ygualmente
Luzieſſen pues auian de ſer miradas,
Y aſſi ganaſſen titulos digniſſimos
De Spectables, Illuſtres, y Clariſſimos.

Inſignia olim Reip. Romanæ ſupremis iudicibus conceſſa, prominens in curru ſedes, & ignes præcedentes, demonſtrant quantum alios meritis excellere debeant, qui cæteris præpoſiti ſublimiores conſpiciebantur: & cũ ſplendore luminis, vt aliquid his diuinitatis ineſſe crederetur: Quibus conſonat, quòd Principes & Reges Dei vices, per quem regnant, in terris gerentes ab eodem dicuntur edocti vt celſiora munera exercerent.

Capri-

EMBLEMA XXXIII.



Capripedem vt vidit torpentem frigore faunũ
Rusticus, ante ignes in sua tecta tulit.
Isq; ratus solem, quo nil iucundius vlli,
Ignis in amplexus protinus ecce ruit:
Ast illum prohibẽs ne accedas, rusticus inquit:
Mors est, quò tendis certa, nisi abstineas.
Sic decet, vt nitidæ vitet contagia formæ,
Qui nolit rabido stultus in igne mori.

Hallando

EMBLEMA XXXIII.

Hallando vn labrador a caſo vn dia
De riguroſo yuierno medio elado
Vn Fauno, a ſu cortijo le ha lleuado
Al fuego que jamas el viſto auia.
Y viendo el reſplandor y ſu alegria
Entendio que era el Sol del mundo amado
Y quiſole abraçar, mas abraçado
El ruſtico con el aſſi dezia.
Detente no te fies que es la muerte
La claridad que ves y la hermoſura
Y ſi te llegas no podras valerte.
Y eſto habla con el moço ſin cordura
Que en el fuego de amor buſca ſu ſuerte
Guardeſe y no ſe açerque ques locura.

Lepida hæc Fauni, et ruſtici fabella nulla indiget explicatione. Oportebit autem illã non ſemel legere, vt iuuenes, & incauti adhuc viri, quos nondum ſenecta admonuit, repetita lectione diſcant, & à fœmineo conſortio, velut ab igne, ſe contineant: ni malint propter infelicis voluptatis contagia in lethalem inſaniam deuenire.

Impe-

EMBLEMA XXXIIII.



Imperio mortis priſca ob contagia culpæ.
Subdidit heu miſerè ſe maleſanus Adam.
Sed nouus à vinclis hunc liberat, & cruce figẽs
Antiquum delet ſanguine Chirographum.
Sic ergo in quenquam, ni ſe deuinxerit ipſe,
Nullum, quo lædat, ius ferus hoſtis habet.

Sujeto

EMBLEMA XXXIIII.

Sujeto el viejo Adam por el pecado
Y entregado en las manos de la muerte
Por vna obligacion que auia otorgado,
El nueuo Adam le libra en mano fuerte.
Y a la Cruz el Chyrographo clauado
Con ſu ſangre la borra de tal ſuerte
Que el Demonio no tiene con que ſiga
Al hombre, ſi de nueuo no ſe obliga.

Cùm primùm Adamus vetus homo, per inobedientiam decidit in culpam, continuò in Dæmonis ſeruitutem deuenturum Chirographo teſtatus eſt. Quod quidem nouus homo, Chriſtus ſuo ſanguine deleuit, crucique affixit nos ab inimici poteſtate redimens. Stultum ergo erit, imò ſtultiſſimum, vltro ſe illi offerre, qui tanti cruoris pretio redempti ſunt, & liberam effugiendi ſi rectè intelligere voluerint, in ſe habent facultatem.

Nullus

EMBLEMA XXXV.



Nullus vt est fructus, et nulla nisi ipia merces,
In turpi obliquæ fœdere Amicitiæ:
Sic certa, & stabilis, genuit quã cãdida virtus,
Crescit, & ambrosias vndiq; pandit opes.
Hinc ergo, & vitæ sal est, quæ condit acerbi,
Quicquid in aduersis sors malefida dedit.
Hæc vbi sit, nulli possunt mala cuncta nocere,
At si deficiat, nil bona cuncta iuuant.

Quanto

EMBLEMA XXXV.

Quanto es de poco fruto y desabrida
El amistad no buena y perniciosa
Tanto la buena y en virtud nacida
Se augmenta para bien dulce y sabrosa.
Y assi se dize ser sal de la vida
Que puede sazonar la trabajosa,
Con amistad el mal no da tormento
Y sin ella no ay bien que de contento.

*Vera quidem amicitia, siqua inueniri valeat,
nihil est iucundius. Hac enim quaecunq; in
commoda vitae superuenerint, facilius pe
feruntur: neque vllam prosperis in rebus ha
beri voluptatem videmus, si participes ami
ci desint, quorum omnia cōmunia esse debēt.
Nec parùm discriminis in se habet suprema
dignitas, quòd nullum re vera possit habere
amicum, & proinde neque consulentem aut
consolantē, in vtraq; fortuna. Nisi enim etiā
inter fidissimos fecerit experimentū, fidemq;
tēporis decursu probauerit, facile à suis dec
pietur. Quae omnia in salis similitudine am
plissimè figurantur.*

Qui

EMBLEMA XXXVI.



Qui quondam turpi Romam ditione tenebat,
Quo nihil in toto turpius orbe fuit,
Cogere iam voluit muliebrem ad vota Senatũ,
Qualem Roma olim vidit, & erubuit.
Rectius ille quidem potuisset cogere quosdam,
Quos facilè vxorum dirigit arbitrium.
Quòd si vt præsideant molles permittitur, vnde
Fœmineum cœtum non dare iura licet?
Quarũ scripta, preces, nec non suffragia cogunt
Damnare immeritos, soluere vincla reis.

A quel

EMBLEMA XXXVI.

Aquel Emperador mas que profano
Que vn tiempo infelicissimo reynaua,
Quando vn Senado mugeril juntaua,
Qual con afrenta vio el pueblo Romano.
Si bien mirara en ello fuera llano
Sin tanta nota ver lo que ordenaua
Si juntara vnos juezes (cosa braua)
Que en todo a sus mugeres dan la mano.
Que si estos y otros tales que sujetos
Estan al parecer de las mugeres
Se consiente que juzguen, bien pudieran
Yr ellas a dezir sus pareçeres,
Pues sus villetes van y sus respectos
Hazen que biuan vnos y otros mueran.

Quàm sit iniquum recta iudicia peruertere, quocunq; modo id fiat, omnes norunt. Neq; a pretio preces multùm differunt, siue vxorum sint, siue aliarum, quibus, spreto Dei timore, iudices morem gerere non verentur: licèt tonsoribus, vt aiunt, notum sit, quicquid vanissimè cogitarunt.

Esto

EMBLEMA XXXVII.



Esto memor viuens, non longo tempore, vitæ
Reddenda est ratio iam satis arcta tuæ;
Quiq; voluptatum luxus sectaris, amaram,
Ah quantum & tristem me miser inuenies.
Qui verò in terris semper studiosus honesti
Viuit, & incunctis est memor vsq; mei,
Ereptus stygijs per me de faucibus Orci,
Felix non dubia tendet in astra via.

M Acuer-

EMBLEMA XXXVII.

Acuerdate hombre que has de venir presto
A dar estrecha cuenta de tu vida
Y el que en deleytes vanos tienes puesto
Tu bien y tu contento, desabrida
Y amarga me hallaras: mas el honesto
Que de mi gran poder jamas se oluida,
Auiendo le apartado del infierno
Alcançara por mi descanso eterno.

Mortis memoria in antiquo auriculæ cōprehensæ significatu hic depingitur, vnà cum loculo ad recondendum cadauer fabrefacto. Omnesque ipsa alloquitur futurum annuntians, vt eius obliti ad interitum properent: qui verò eandem præmeditati fuerint, à peccato liberi in vitam deueniant æternam.

Si

EMBLEMA XXXVIII.



Inuid' ĩpatiẽs ſtatuæ, quæ ex marmore ſurgit
Theageni medio conſpicienda foro,
Quæq; illi innumeris deuicto Marte triũphis
Venerat, & ſuperis fecerat eſſe parem,
Hanc miſer inſidijs per opaca ſilentia noctis
Vt deturbet humi non ſemel aggreditur.
Sed iam victa cadens victori digna rependit
Præmia, qui ſubtus marmore preſſus obit.
Idcirco rapidis iuſſa eſt immergier vndis:
Ac ſubito populos vaſtat acerba lues.
Aſt vbi reſtitui rurſus oracula poſcunt,
Iam magis enituit gloria Theagenis.

EMBLEMA XXXVIII.

No pudiendo ſufrir el embidioſo
La eſtatua de Theagenes deuida
A los heroicos hechos de ſu vida
Quedando en tantos trançes victorioſo
En medio del ſilencio y del reposò
De vna y otra noche por medida
La fue gaſtando y aunque fue vençida
No quiſo al vençedor dexar gozoſo.
Antes cayendo en tierra el atreuido
Quedò muerto, y quexandoſe ſu gente
Al juez mandò que fueſſe al mar lleuada.
Mas vino tanto mal que conocido
La buſcaron, y pueſta honrradamente
De alli adelante fue mas eſtimada.

Iampridẽ animaduerſum eſt in omnibus ferè vitijs aliquid ineſſe voluptatis, qua tamẽ inuidiã carere ſatis eſt cõpertũ: quin potius ipſamet tormentũ ſibi gignit, & ſuppliciũ, cum in animo, & corde reſideat. Quod ſi ad aliquid agendũ impellit, vt alterius gloriæ detrahat, iuſtiſſimum eſt, in caput ſuum recidat, & à ſe ipſa pœnas deſumat. Quod in Theagenis ſtatua in inuidum demoliri conantem depreſſa ſingulari demonſtratur exemplo.

Traſil-

EMBLEMA XXXIX.



Trasillus Clypeum, quo prælia tectus adiret,
Suspendit trunco prouidus arboreo.
Corripiens arcum læua, dextraq; sagittam,
Explorat tutè an pectora crediderit;
Nec fidum inueniens, dum viuã, perfide, dixit,
Non tu, non similis post modò decipiet.
Sic explorari in paruis conducit amicum,
Ne quando in magnis improbus officiat.

EMBLEMA XXXIX.

Contento del escudo que traya
  Trasylo por estar mas satisfecho
  Quiso saber de quien fiaua el pecho
  De quien la honrra y quanto bien tenia.
Y colgado de vn arbol cierto dia
  Apartandose del bastante trecho
  Hizo prueua, si aprueua estaua hecho
  Y hallole falso quanto ser podia.
Esto viendo, mirad de quien fiaua
  No me engañareys (dize) a no estar loco
  Vos ni otro como vos de aqui a q̃ muera.
Tal es el falso amigo que en lo poco
  Faltò, quando en presencia blasonaua
  Y apartado de vos mostrò quien era.

Quemadmodum clypeus ante pectus gestatur ad repellendos hostium ictus, sic fidelissimus quisque amicus eligi solet ad vitæ, & honoris defensionem. Quo fit, vt sicut explorandus est clypeus, ne sit infidus, ita & amici prius probandi, ne quando in necessitate nos deserant, aut pro tutela offensam inferant.

Dum

EMBLEMA XXXX.



Dum magis horrendi deferuuit ira Leonis,
Dumq; magis rabido creuit in ore furor:
Si quis fortè oculos illi contexit, inertem
Reddidit, et subitò sic furor omnis abit.
Non secus & sæua iudex cum feruet in ira,
Oraq; sanguinei plena ruboris habet.
Protinus ecce iras velatus pectore ponit,
Si formam, aut aurum lumine captus amat.

EMBLEMA XL.

La furia del Leon y ſu braueza
Se pierde quando eſta mas brauo y fiero
Si aciertan a cubrirle la cabeça
Que cubierto los ojos es cordero.
Y aſſi dizen ſe amanſa la fiereza
Del juez mas riguroſo y carnicero,
Que ſi le cubre de aficion el velo
Y aun de interes, ſe allana por el ſuelo.

Leonis proprietas mirabilem præbuit ſimilitudinem, vt agnoſcamus, quàm facile ſit iudicum iras placari, ſi amoris, aut auaritiæ vis eos obcæcauerit. Leo ſiquidem omnem irã deponit, ut à quocũque ſuperari poſſit, ſiquis illius oculos obuoluto capiti pallio cooperuerit.

Ardua

EMBLEMA XLI.



Ardua dum montis Tauri præter volat anſer,
Diſcerpiq; Iouis alitis vngue timet;
Aeraq; vt liquidum tacitis pertranſeat alis,
Præcauet vt tenuis calculus ora premat.
Sic cuiq; oſtendit vitare pericula linguæ,
Vt valeat vitæ conſuluiſſe ſuæ.

Paſ-

EMBLEMA XLI.

Passando elmonte Tauro a su ventura
El ansar brauo con temor creçido
Del Aguila Real, siempre procura
Volar de suerte que no sea sentido:
Y para su defensa mas segura
Porque no se descuyde en dar graznido
Vna piedra en el pico siempre lleua.
Con que el silençio ser la vida prueua.

In silentio vitam sæpe consistere à natura edocti præmonuerunt anseres iuxta Taurum montem commorantes. Quem vbi transuolare conuenit, metu aquilarum, quarum multa est ibi copia, calculum ore gestant; ne improuidi obstrepant, & sua se voce prodant.

Que

EMBLEMA XLII.



Quæ sese vernis ornauit frondibus arbos
Nescit quanta sibi damna minatur hiems.
Quãdo illam aggressi venti in diuersa fremẽtes
Pulsabunt, tremulas decutientq; comas.
Sic decus & formam quæ gestat in ore iuuẽtus
Credideris vernas arboris esse comas.
Frigida sed veniet dißoluens membra senectus
Reddet & infesta tempora cana niue.

EMBLEMA XLII.

El arbol que de verde eſta veſtido
Mientras goza de alegre primauera
No ſabe la deſgracia que le eſpera
Quando el hyuierno cano ſea venido.
Quando ſe vea deſnudo y ſacudido
Del riguroſo viento de manera
Que al pareçer podra dezir qualquiera
Iamas aun hoja verde aver tenido.
El verdor de hermoſura y gentileza
Que ſuele acompañar la gente moça
Las hojas ſon del arbol en verano,
Viene la fria vejez que lo deſtroça
Blanquea con ſu nieue la cabeça
Y no dexa en el cuerpo hueſſo ſano.

Notiſſimũ eſt hominem arborem inuerſam appellatam, quaſi radices ſurſum, vnde venit, habeat erectas: & ab Homero dictum eſſe hominum genus eſſe quale foliorum, quæ omnia ſuos hæbẽt ad mores aptiſſimos ſenſus. Verùm hic ſimilitudo erit in eodem homine prouecta iam ætatis. Sicut enim arbor ingruente hieme frondium decorem, & omnem pulchritudinẽ deponit ſic et homo adueniente ſenectute.

Mens

EMBLEMA XLIII.



Mẽs quib⁹ eſt eadẽ, diſcors nequit eſſe volũtas:
Exigit vt veræ nexus amicitiæ.
Sic etiam concors ſententia conuenit vna
Illis, quos vnum non duo credideris.
Vulcani referunt rigidis hinc ictibus, vnus
Vt fierent, ſeſe ſuppoſuiſſe duos.

EMBLEMA XLIII.

No puede auer razon entre razones
Que no fueren conformes; si lo fueren
En vna voluntad dos coraçones
De los que en amistad firme se quieren,
Pues no consiente duda ni questiones
Ser vno mismo dos segun refieren
De los dos que se fueron mano a mano
A la yunque y martillo de Vulcano.

Vnanimis amicorum consensus haud aliter potuit explicari, quàm illo Platonis commẽto narrantis duos amicos manibus compressis ad Vulcani officinam properasse, vt artis suæ beneficio excogitaret, quomodo inuicem compacti ex duobus vnus fieret.

Si

EMBLEMA XLIIII.



Si liceat sacræ limbum contingere vestis,
Continget, spero, mox mihi certa salus.
Languida sic secũ est humilis Phœnissa locuta
Quam cernens Christus sic miseratus ait,
Filia ne dubites, namq; hæc fiducia nostri,
Quam præfers, potuit reddere te incolumem
Tantũ firma fides potis est et ad omnia cunctis
Expediunt humiles vel sine voce preces.

Si

EMBLEMA XLIIII.

Si el ruedo solo de la vestidura
De Christo yo tocasse sanaria
Dize entre si la enferma, y a su cura
El Dios nuestro acudiendo, Hija confia
(Le dixo) que tu Fè firme y segura
Te ha podido saluar aqueste dia,
Tanto puede la humilde confiança
Que quien la pone en Dios todo lo alcāça.

In Cæsarea Philippi, prout Nicephorus scribit, æneis imaginibus mirabili arte conflatis demonstrabatur, quemadmodum ad Christi fimbriæ contactum sanata fuerit mulier illa fluxum sanguinis passa. Ad quas cū herba quæpiam adiacens crescendo peruenisset, vires sumebat ad multorum morborum remedia consequenda. In cuius etiam rei memoriam nostrū hoc Emblema compactū est.

Que

EMBLEMA XLV.



Non est quòd timeas versutæ pocula Circes,
Laertæ nato dixit Atlantiades,
Si tibi donarim pretiosi muneris instar
Herbam, quam celebri nomine Moly vocant.
Mortales nequeunt magnis nisi viribus illam
Carpere, sed facile est vellere Cælicolis.
Illa quidem nigris altè radicibus hæret,
Candida sed niueus lilia flos superat.

EMBLEMA XLV.

No tienes que temer de la maluada
Circe, dize Mercurio al valeroso
Vlyxes, si la que es tan señalada
Yerua Moly te doy en don precioso,
De los Dioses sin fuerça es arrancada
Aunque a los hombres es dificultoso.
Es la rayz de obscura tinta llena
Y mas blanca su flor que el açucena.

Moly herba, vt est apud Homerum, à Mercurio tradita est Vlyssi aduersus maleficæ Circes artes: quæ ab hominibus inuenta difficulter euellitur, à Dijs autem facilè; cuius etiã radices nigræ sunt, flos autem candidus. Vt autem in huius emblematis enarratione diffusius describitur, significatur per illã virtus, cuius principia nigra sunt idest laboriosa, flos autem candidus idest gloriosus finis: & in eam Dæmonis artes præualere non possunt.

Sublimi

EMBLEMA XLVI.



Sublimi è Palma dependens belua Nili
Olim deuictam testificata Pharon,
Hic itidem pictura dedit, designet vt illam,
Quæ viget in stolidis gloria vana viris.
Namq; indeficiens semper fugit illa sequentẽ,
Quæ, si quis fugiat protinus insequitur.

EMBLEMA XLVI.

El Cocodrilo de la palma asido
Que vn tiempo demostraua la victoria
Del vençedor de Egypto no vençido
Oy nos le dà la natural historia
En propiedad conforme y pareçido
A la que el mundo vano llama gloria,
Que huye sin parar del que le sigue,
Y a quien le teme busca y le persigue.

Inanis gloria per palmam figuratur, quatenus pro victoria adepta triumphus, & humanæ laudes expetuntur. Cocodrilus autem ex illa pendens nihil aliud hoc in Emblemate nobis innuit, quàm similitudinem quandã inter honorem huius Mundi, siue famam, siue gloriam dixeris, & Cocodrilum: cuius proprium est fugientes insequi, insequentes autem fugere.

Qui

EMBLEMA XLVII.



Qui luit ĩmeritas ſine labe, aut crimine pœnas
Nil ſatis huic æque reddere terra valet.
Aſtra queũt, quiq; aſtra ſuo regit omnia nutu,
Omnibus & pendit quas meruere vices.
Sic inſperatas cogetur ſoluere pœnas,
Proditor in proprijs dum perit inſidijs.
Et poſtquam fuerit tormenta immania paſſus,
Iam meritò inſontis vincula rupta manent.

EMBLEMA XLVII.

No puede dar el mundo recompensa
Del mal a quien sin culpa le padeçe
El Cielo puede y la bondad immensa
Que a cada qual dà el pago que mereçe,
Y assi le tiene quando menos piensa
El que es traydor, y en su traycion pereçe
Quando sujeto a las deuidas penas
Rompe del innocente las cadenas.

Cùm calumniatorum delationibus quidam ex nostris penè fuerit oppressus, et author cōperta veritate temeritatis pœnas luerit, quas aduersus insontem excitauerat: excogitatum est hoc Symbolum, quo huiusmodi rei similitudo exprimeretur. Aeneū scilicet tormentum, quod admoto igne retrorsum dirumptum necesse est diuellat parietem alios offendere, ex quo confractæ catenæ concidisse dicuntur in signum innocentiæ. Quicunque enim immeritis nectebantur catenis, moris apud Romanos fuit illas rumpere, non dissoluere.

EMBLEMA XLVIII.



Intuitus populi Moſes crudelia fata,
Quotq; venenoſis morſibus intereant,
Suſtulit in lignum conflatum ex ære colubrum
Certa foret tantis quo medicina malis.
Scilicet huc quicunq; manus tendebat adorãs
Haud mora diuino numine liber erat,
Nã Crucepẽdentẽ Chriſtũ monſtrabat apertè
Peccantum ſimilem, qui ſine labe fuit.

EMBLEMA XLVIII.

Viendo Moyses el daño de ſu gente
Y los que delas ſierpes auian muerto
Leuantò de metal vna ſerpiente
Por mandado de Dios en el deſierto,
Mirandola en la Cruz deuotamente
Hallauan todos el remedio cierto
Por quien hecho ſerpiente ſin veneno
Auia de padeçer de culpa ageno.

Exaltationis Christi in Cruce euidentiſſima figura fuit Aenei ſerpentis exaltatio in deſerto. Sicut enim in illo, qui ſpeciem tantùm ſerpentis præſeferebat, ſalui erant Hebræi ab anguium morſibus: ſic per Chriſtũ in formà peccatoris, & (ſi licet) ſerpentis, in quem peccator conuertitur, liberati ſunt fideles à vero ſerpente Diabolo per peccatum demorſi.

Inſ-

EMBLEMA XLIX.



Insideat tumulo nostri Iunonius ales
Pastoris sacri, Præsidis Hesperiæ,
Inclyta quem pietas sancto præfecit ouili,
Semper & inuigilans sic nouus Argus erat.
Denotet ac tristi tabentia lumina fletu;
Charorum & diris obruta corda malis.
Namq; oculos atrox dũ tot nox occupat vna,
Sæua suis lumen substulit illa simul.

Del

EMBLEMA XLIX.

Del nueuo Argos a quien el ſancto zelo
Hizo paſtor ſagrado y a la altura
Subio del mando en el Heſperio ſuelo
Acompañe el pauon la ſepultura,
Moſtrando el ſentimiento y deſconſuelo
De tantos a quien vna noche obſcura
Vna ſola ſin luz los ha dexado,
Y tantos ojos juntos ha çerrado.

Ouidij carmẽ vnà cum Pauone expanſis hinc inde oculatis pennis, Didaci noſtri ſepulcrũ comitatur: in ſignum quidem meritorũ ſuorum, totque virtutum monumentũ, quibus viuens fulgebat in eccleſia, & ſupremã Hiſpaniæ præfecturam meruit. Dignus ille quidem longiori vita: ſed quod dolendum mihi ſemper erit, ſatis immatura morte vigilātiſſimi paſtoris, & ſuorum tot oculos nox vna præoccupauit.

Depul-

EMBLEMA I.



Depulsum cœlis ausisq; Typhoea magnis,
Impia Titanum quem comitata cohors,
Excruciat vindex tanto pro crimine flamma
Astrigero aggressum bella mouere polo.
Et quãuis tumulo clausus radicibus Aetnæ
Hic iacet, haud sceleris pœnitet esse reum.
Dum magis elatus proclamat voce superba
Scilicet, in magnis vel voluisse sat est.

Con

EMBLEMA L.

Con los demas gigantes derribado
Del Cielo y de ſu intento el gran Typheo
Al fuego en que ſe abraſa condenado
Por auer pueſto en obra ſu deſſeo,
Y debaxo del Ethna ſepultado
Con auer ſido el caſo malo y feo
Alli do eſta blaſona perſuadido
Que en coſas grandes baſta auer querido.

Tiphoeus ſub Aetna cum inſcriptione, qua ipſe, & quicunque alius non aſſecutus, quod affectauerat; conſolatione poterit affici, huic labori finem imponet. In enarratione verò Empedoclis hiſtoria refertur: qui & hanc Vrbem Agrigentinam, vnde moralia hæc Emblemata latinè prodeunt, cum quibuſdam alijs, iam olim ſuis natalibus illuſtrauit.


PAR SIT FOR
TVNA LABOR



MEMORIAE FOELICISSIMAE
D. Didaci Couarruuias de Leyua
Præsidis.



Viribus indomitis qui subdere nititur orbem
Et nihil à cæptis quo remoretur habet.
Hic merito æthereis celsum caput inseret astris
Nomen & æterna posteritate feret.
Quod si tantus honos terras superare iacentes
Quid superum summas si petit ille domos?
Iure ergo æternum nomen sibi comparat ille
Qui duce lege suas itq; reditq; vias.

A Aquel


DEDICACION

A quel que con esfuerço tal se esfuerza,
A conquistar el mundo con ser hombre,
Sin que aya cosa humana que le tuerza,
Alcança con raçon famoso nombre.
Y si el vençer entierra alguna fuerza,
Leuanta alas estrellas el renombre,
Tal es la que tendra qual tuuo y tiene
Quiē cō LEY, VA doquiera y cō LEY viene

Dedicationis continuatæ Symbolum præsens ex gentilicÿs antiquissimæ & nobilissimæ familiæ de Leyua cūctos admonet quam sit debitus honor virtuti, Si enim (vt Seneca ait) Superata tellus sydera donat quid si & syderū arces superentur, nam & cœlorum regnum vim patitur? Quantum vero Præses noster in vera virtute excellens quamq; strenuus dux fuerit omnes norunt: de quo plenius in enarratione licebit commemorari.

Aspicis

EMBLEMA I.



Aspice, quam superũ regi sacra fœderis area
Dagonis fœdum fœdus inire negat.
Ast prius idolum fractis ceruicibus alto
Turbatum solio, sic sine honore iacens,
Arguit inmensi sceleris quantum hauserit ille,
Qui temere sacras tentat adire dapes.
Sic igitur quisquis sancta ad libamina tendit
Impia Dagonis fœdera nulla gerat.

Veis como el arca del Señor ſagrada
No coſiente profana compañia
Pues a ſus pies la ſtatua derribada,
Mueſtra la deſuentura que ſeria
D'vn'alma tan perdida, y deſalmada
Que a Dios ſe atreue con aleuoſia,
Deſtruya pues el idolo primero
Quien buſca ſu remedio verdadero.

Nihil commune habent lux & tenebræ, nihil Deus & Belial, miſerrimum ergo erit ſuſpicari aliquem ad ſacra accedere dãnatum ſub poteſtate Demonis, vt ſua ſcelera cooperiat, quæ tandem manifeſta erunt in confuſionem ſuam, nec abſque ſupplicio condigno. Hoc cunctis demonſtrauit arca fœderis in templo Dagonis, quem non conſenſit ſibi adhærere vnquam, ſed confractum atque diſperſum humi, cũctis informem ac deteſtandum oſtendit.

Quam

EMBLEMA II.



Quam circũ flammis crepitantibus vrier ollã,
Afflari & sæuo nunc Aquilone vides,
Innuit hæc illud graue, & execrabile frigus,
Quo non est animis maior in orbe lues.
Namq; vbi cælestis non se diffundit ab alto
Aura, venenato frigore cuncta madent.
Quoq; magis mirere, gelu hoc ni prouid' obstes,
Absumet flammis obuia quaque suis.

La olla que de llamas veis çercada,
Y del viento Aquilon tan combatida,
Es la frialdad, que a muchos resfriada
Tiene la charidad del alma vida.
Y en veneno mortal tan derramada
Que donde quiera la verán vertida.
Y es para ver, que la frialdad estrema
Es vn fuego infernal, que abrasa y quema.

Ignem se venisse in terram mittere, ait Christus, non ob aliud quam vt singulis charitatem suam commendaret: cui oppositum est omne peccatum, cuius veneno frigidissimo tabescit anima, a quo illi omne malum prouenit: Et hanc frigiditatem lethalem demonstrauit Propheta in figura succensæ ollæ quã vidisse narrat a vento gelido Aquilone sufflatam: & deinde exclamat, Ab Aquilone pãdetur omne malum.

Dum,

EMBLEMA III.




Dũ, miſer Actæon canibus nemora inuia luſtrat,
Et ſcrutatur apros, exagitatq; feras,
Inſcius ad fontem vidit ſine veſte Dianam,
Et ſubitò in propria cornua fronte videt.
Exutuſq; hominem timidi ſub imagine cerui
Aufugit, & canibus præda fit ille ſuis.
Non aliter cæcos quiſquis ſectatur amores,
Vexatus curis corruet ipſe ſuis.

Por mirar lo que acaso a descubierto
El caçador Acteon mal mirado,
De sus proprios lebreles se vio muerto,
En temeroso çieruo transformado.
Mostrando a todos el castigo çierto,
Del que por ver, se viere enajenado,
Que si no se retira con cordura
Le daran sus cuydados muerte dura.

Actæonis fabula in ceruum conuersi, quem propriȷ̈ lacerarunt canes, multis varia dicendi occasionem præbuit, sed quod planius videtur, secuti, ad incautos, & in veneream voluptatem procliues retulimus: eo quod a conspectu Dianæ non abstinuerit, atque ita singuli admonentur, nolint ea quæ non decent oculis exquirere per quos mors intrat, omnis enim mali origo inhonestus est aspectus. vnde in suis edoctus miserȷ̈s Regius vates Deum precabatur, Auerte oculos meos ne videant vanitatem.

Conati

EMBLEMA IIII.



Conati radio cæli deſcribere metas,
Quis rarum in docto puluere ſurgit opus,
Mutari iam poſſe docent quadrata rotundis:
Aſt vera id nulli eſt hactenus arte datum
Sic & vera fides terras habitare iacentes
Creditur, & noſtris exulat illa locis.
Difficlliſq; adeo eſt, vt quanuis vera putetur,
Vnquam ſit nulli vera reperta fides.

Por

Por mas que los ingenios an probado
No ſe deſcubre el modo aunque es poſible,
De haçer que venga el çirculo enquadrado,
Y a ſi pudiendo ſer es impoſible.
Lo miſmo es la amiſtad, que bien mirado
Auer la verdadera es muy creyble,
Mas en hallarſe es tan dificultoſa
Que ay duda ſi es, o no, poſible coſa.

Amicorum paria, ab antiquis relata ſatis mõſtrant quam rarum ſemper fuerit amicitiæ munus. Tot enim ſeculis pauciſſimi (vt vides) qui veram inter ſe ſeruauerint amicitiam, numerãtur. At qui licet veram eſſe exiſtimetur quod adhuc in terris repertatur non ſatis conſtat. Ex quo factum eſt præſens emblema in quadrati & circuli figuris: ex eo quod à mathematicis dici ſolet Dari circuli quadraturam, ſed eam non inueniri.

Quiſ-

EMBLEMA V.



Quisquis auet seclis victuras condere chartas,
Ingenij ostendat vt monumenta sui:
Informem studeat lambendo effingere fœtum.
Sic nitor; atq; decens forma, venusq; venit.
Hoc solers natura dedit contingeret vrsis,
Edant vt fœtus, perficiantq; suos.
Sic quisquis seros sua scripta reponit in annos,
Securus poterit carpere laudis iter.

Quando

Quando el ingenio mas auentajado
Quiere ſacar a luz alguna coſa,
Suele ſer como el parto mal formado
Que la experiençia mueſtra dela oſa:
Que a meneſter lamerle con cuydado
Y haſta ponerle en forma no repoſa,
Y eſto haçe el que en ſus libros ſe detiene
Haſta darles la forma que conuiene.

Vrſam informem partum ædere notiſſimum eſt, quem poſteà vt reformet lãbendo abſtergit, ſic & librorũ ſcripta, quæ ingenij ſunt partus, lima, & arte indigẽt vt elegãtiora fiant. In quo variant authores pro ingenij acumine aut naturæ propria qualitate. Nec dãnandi ſunt qui data occaſione tẽporis velut ex tẽporaneos ĩ cõmune bonũ ædere curãt feſtinãter ſcriptos a ſe libros, qualis noſter fuit de vera & falſa Prophetia. Sed et reliqui iãdiu elaborati æditi eſſẽt ſi negotia grauiora noſtri muneris, loci incõmoditas, & aduerſa valetudo impedimẽto nõ fuiſſent. Verum fæliciora tẽpora & commodiora daturum nobis omnipotentẽ Deum ſperamus.

EMBLEMA VI.



Turba molesta senũ, quos iã temerarius ardor
Possidet, & quorum pectora felle madent,
Aßuerunt rebus veras in vertere formas
Concauo vt in speculo redditur effigies.
Nec credunt visu longissima quæq; latere
Quæ sunt & quæ non, quæq; nec esse queunt.
Hi sunt, quæ nostro veniunt in carmine lynces
Immites macula versicolore feræ.

Es

Es propriedad de rençillosos viejos,
Y de otros que en maliçias an viuido,
Trocar las cosas todas, como espejos
De alinde, y sin a questo es conoçido
Pretenden ver de çerca, y mas de lejos
Lo que ay, o no, y aun lo que nunca a sido
Y a questos son los lynzes verdaderos
Llenos de manchas y animales fieros.

Maculosa hæc lynx cuius proprium esse dicitur lōgissima quæq; visu pertingere, similitudinē exprimit quorundă nota & ignota temere iudicantiū, & cū ipsi mille scateant vitijs, alierū defectus notare, atq; omnibus propalare nunquam erubescunt: quo se & iniquos esse, & fuisse facilè testantur. Speculum concauum apud nos dicitur de alinde, in quo figuræ omnes non vt solet in planis rectæ, sed deorsum conuersæ, conspiciuntur. Plura scitu digna de Lynce, & alijs in morali discursu enarrantur.

EMBLEMA VII.



Si quisquam in terris nullo violabile seclo
Inquirat sanctæ fœdus Amicitiæ,
Effigiem inueniet, qualem dant picta videre
Expressa à priscis symbola marmoribus.
Scilicet vt Verũ hinc semper comitetur Amorẽ
Atq; inde assiduus consocietur Honos.
Hi si deficiant, simul euanescere cernas
Nomen Amicitiæ, frausq; dolusq; manent.

La

La Fe del'amistad sinçera y pura
Si acaso ay donde pueda ser hallada,
Nos muestra la inuençion d'esta pintura
Delos antiguos marmoles sacada.
Que a destar para ser firme, y segura,
D'Amor, Honra, y Verdad acompañada.
Y en discrepando desta compañia,
Todo es engaño, y todo aleuosia.

Satis compertum est. Romæ quondam marmoream fuisse repertam tabulam, in qua Honos, & Veritas Amorem comitabantur. Et hanc esse effigiem interpretati sunt Fidij, quem inter numina recensuerunt, neque aliud, quam veram amicitiæ fidem denotat. Quare autem dictus sit medius in enarratione declaratur.

EMBL. VIII.



Quæ curru insideant personæ, ostendit iniquus
Auriga in torua cornua fronte gerens.
Sunt septem numero pestes, quæq; alta superbit
In solio cunctis imperiosa præest.
Atq; hilaris quanuis sint hæc ludibria gentis,
Aptat personam dum sibi quisq; suam.
Nõ desunt, qui systra leues comitãtur, & vltro
Confluit ad vanos turba profana modos.

Hecharase de ver en el cochero,
Que gente es la que va en el carro largo.
Los siete viçios son desde el primero
Que tiene alos demas como a su cargo.
El es disfraz, mas es tan verdadero,
Quanto es abominable: y sin enbargo,
Al son delo que enel se canta y tañe
No falta quien la mascara acompañe.

Diuus Chrisostomus aurigam vitiorum vocauit Dæmonem vt ostenderet quam sit propriũ illi in malũ nos allicere. Occasiones enim quarit & officiosum se reddit, & sub falsa voluptatum dulcedine lætari, & non in Domino dolosè inuitat. Currus ergo hic depictus est in quo vitia deferuntur, tanquam personatus et laruæ quas in saturnalibus insequi dicitur otiosa turba, sed auriga Dæmone qui se præcipitem dedit, & nihil aliud die ac nocte excogitat, quam vt laqueos et retia extendat, vt omnes (si permißum illi esset) in æternũ horroris foueam traducere poßit.

Si

EMBL. IX.



Si natura homini direxit ad æthera vultus,
Vnde hic indutus vellere serpit humi?
Qđ gen' hoc hominũ? quodve execrabile mõstrũ?
Infandi heu pœnas criminis iste luit?
Nam sibi diuinos tribui dum quærit honores,
Se videt in turpem transiluisse feram.
Sic ausum Diuos scelerata incessere fronte,
Obruet vltoris protinus ira Dei,

Espanta con raçon ver tal figura,
Y mas espantara, quando se entienda
Quien es el que se ue en tal desuentura,
Y a quien castiga Dios para su enmienda,
Hecho fiera saluaje en la espesura,
Para que el poderoso en el deprenda,
Quan bestia y quan saluaje es quien se oluida
Que ay quien castigue en vna y otra vida.

Quicunque tanta fuerit elatus superbia vt cũ homo si honores sibi diuinos deferri, contigerit attentare, tãquam omni ratione carentem iustissimo Dei Iudicio, in bestiam conuerti, Sacra Scriptura docet. Quod si formam non omnes immutant velut Nabuchdonosor, iuxta sentẽtiam magis receptam quã sequimur vt litteræ consonam, anima illorum in illis tabescens tales reddit, vt inter equos & mulos cõputẽtur viuẽtes & in æternũ posteà (nisi resipiscant) cruciẽtur. Plura scitu digna hic pro historia sacra & cuiusdam decreti explicatione, retulimus.

Miratus

EMBL. X.



Miratus Moses rubum non cædere flammis
Vt proprius videat, culmina montis adit,
Accedens iussus luteas deponere pelles,
Quippe caro, & sanguis his alimenta dedit.
Scilicet vt norit, quàm lôgè à limine, carnis
Affectus abigant mistica Sacra Dei.

Mira Moyses la çarça como ardia
Sin daño, y con raçon tan admirado,
Saber a quel secreto pretendia.
Y quieriendolo ver le fue mandado,
Dexe las pieles que en los pies traya.
Por que con carne y sangue se han criado,
Que los Mysterios y Diuinos dones
No admiten las carnales afiçiones.

Quicunque in homine non secundum rationem affectus sunt carnales dicũtur propter notissimũ in nobis dissidiũ quod pulchre in Actæonis & Herculis, lucta describimus. Caro & sanguis a Christo nominantur, quo fit vt qui ad Deum accedere concupiscunt omnem carnalem affectũ rationi contrariũ, & ipsi Deo, deponere debent, Hoc enim plane cunctis significauit Deus quando Moysi iussit calcamenta pedum ponere, quæ proculdubio ex animalium pellibus iã in vsu erat, fieri & a carne & sanguine originem habuerant.

Illita

EMBL. XI.



Illita acus magnete, mari qua fidimus alto
Quæ graditur tremulas irrequiet a vias,
Stare loco nescit donec respexerit Arcton
Fulget quæ super lampade clara polo
Sic mens nata Deo, Dominū ni aspexerit ipsum,
Vlla non poterit iure quiete frui.

La aguja dela piedra yman tocada
Hasta que halla su norte no reposa.
Y el alma para solo Dios criada,
Sin el, no puede reposar en cosa.
No ay pensar que à de uerse sosegada
Iamas en esta vida trabajosa,
Que no a de hallar en quanto al mũdo aplaçe
El sosiego que al alma satisfaçe.

Sententia illa celebris Diui Augustini ad Deum tanto cordis affectu exclamantis Fecisti nos domine ad te & inquietũ est cor nostrũ donec perueniamus ad te, ut nobis semper sit in corde, nostris vere sacris litteris siue hyeroglificis praeculis ut apparet descripta est. Neq; aliud ĩueniri potuit similius quàm ista nauigãtiũ ductrix acicula quæ magnetis lapidis contactu polũ nobis articũ ostendit, quæq; ad perpendiculum inæquali proportione super cuspidẽ posita, nunquam certa manet, sed inquieta vndequaq; discurrit donec Arcton hoc est polarem stellã in cardine cœli prospexerit. Quod maximũ quidẽ naturæ miraculum semper extitit, & ad rem sic aptũ, ut nihil elegãtius excogitari potuerit.

Quando

EMBL. XII.



Quãdo Aquila ob seniũ torpere in corpore vires
Nouit, & extremum iam properare diem,
Solis ad ardentes radios super æthera fertur,
Vnde cadens medijs præcipitetur aquis.
Sic languens animus mortis discrimina videns
Diuini accedit luminis ad radios,
Iamq; dolens, sacris renouãtibus omnia flãmis.
Continuo dulces liquitur in lachrymas.

Quando ſe ſiente el Aguila peſada,
Y cercana al morir enuejeçida,
Tiene ſu induſtria de alargar la vida,
Y renouar la juuentud paſada.
Y es que ſobre las aguas leuantada,
En las debiles alas ſoſtenida,
Al Sol ſe açerca, y quando eſta ençendida,
Cae ſobre las aguas do es vañada.
Aſi muda la pluma, y aſi ſuele
Mudar coſtumbre, aũque es apar de muerte
El que la teme, y teme ſu tormento
Por que ſe açerca a Dios y de tal ſuerte
Se inflama y tanto de ſu mal ſe duele
Que en lagrimas le vaña el ſentimiento.

Variæ ſacrorum interpretetũ ſentẽtiæ ſunt circa ſimilitudinẽ de renouatione Aquilæ in Pſalmis Dauid Sed quam ſecuti ſumus hic proprior viſa eſt ad renonationẽ animæ in vitÿs inueterata. Huic enim, vbi ſemel per gratiam Dei ſtatum ſuũ agnoui, & quod miſericordia Dei conſumpta non eſt, amare illum & ſuam deflere iniquitatem, neceſſe eſt.

Certus

EMBL. XIII.



Certus inest rebus modus, & lex fixa, nec vnquā
Prudentem hos fines transiluisse decet.
Qui vero amotis transcurrere finibus audent,
Hi sine mente sibi cuncta licere putant.

Ay en las cosas todas tal medida,
Y vnos cotos en todo señalados,
Que no ay pasarse dellos en la vida,
Qual professan los hombres conçertados.
Mas la desorden de los mas seguida,
No quiere que aya limites vedados,
Y remouer los terminos procura
Sin termino, sin seso, y sin cordura.

Huius picturæ sacræ terminus seu finis est demōstrare quam sit omnibus necessarium antiquas patrū traditiones obseruare, & in omni re agēda minimè transgrediendam esse rationis normam, attēdere semperq; considerare quam si vera illius Poetæ sententia
Est modus in rebus sunt certi deniq; fines
Quos ultra citraq; nequit consistere virtus.
Hic de figura termini pro dissidijs componendis & restauranda pace inuenta quanti sit habenda ex Platonis sententia declaramus, a quo terminalis petra dicitur, quæ licet parua sit, inmensum sacri fœderis iureiurando firmati ponduscontinet.

Maxima

EMBL. XIIII.



Maxima pollicitus tenebrosi est Rector Auerni
Præmia. queis placuit tristia signa sequi
Et subito ascriptis regale numisma rependit,
Sed falsum & vili turpiter ære nitens
Et nota significat sceleris stipendia mortem,
I nunc, & tali sub duce castra subi?

Al que seguir quisiere su vandera,
El Principe Infernal a publicado,
Dar paga tan cumplida, y tan entera
Que al vno y otro pague adalantado.
Mas ay que no es moneda verdadera
El oro es cobre y mal disimulado
Y la inscripçion: Del mal la paga es muerte
Vaya el soldado y triunfe con su suerte.

Si vita hominis super terram militia est, oportet castra eligat quæ sequatur, aut enim in populo Dei militare conuenit aut Demonis, Sed huius stipendium (iuxta Apostoli sentẽtiam) mors est & quidem duplex, nam & primo parenti dictum fuit. In quacunq; hora peccaueris morte morieris. Quanuis enim phrasis sit scripturæ sicut vitam viuere, mysterio non vacat, eo quod præter animæ damnũ lethale, etiã corpori ex illa hora mortis effectus aduenerit vt verè dici possit illud thecuitæ Quotidie morimur & sicut aqua dillabimur, quod Seneca dixit Quotidie morimur, quotidie pars aliqua demitur nostri. Vt in quodam Emblemate cũ alijs retulimus.

Infan-

EMBL. XV.



Infandum quoties hominũ genus astra laceßit,
Tentat & inmenso bella mouere Deo;
Nõ subito ille suas iaculatur ab æthere flãmas,
Sera sed irati numinis ira venit.
Interea vanas demens abit ausus in auras,
Dum nullum inter se fœdus inire valent.
Testis adhuc Babylon ex quo discordia fecit,
Dispersos cæptis abstinuiße suis.

Los

Los que se atreuen a seguir camino
Tan fuera del, que forman competençia,
(Si puede ser) contra el poder diuino,
Enquien esta el poder sin resistençia.
Podrian conoçer su desatino
Quando ven entre si la diferençia,
Y el no entenderse, como lo mostraron,
Los que en Babel tan mal se conçertaron.

Mirandum illud turris ædificium in terra Senaar, cuius culmen ad cœlum vsque pertingeret, homines illi potentes curabant, quos præsentia Dei in confusionem redegit vt nullo modo inter se conuenirent, typus est mirabilis ad ostendendam temeritatem illorum qui in Ecclesia Dei noua ædificia erigere conantur, contra veram Ecclesiam in Christo lapide & fundamento Apostolorum firmissime manentem. Sed subito ordinnate Deo tales discordiæ excitantur, vt nusquam conueniant, & protinus in confusionem illorum falsa sua ædificia corruant & inter seipsos digladientur, ac pereant.

EMBL. XVI.



Qui sibi sufficiens quamuis sit curta supellex
Deeerpit domui commoda grata suæ;
Dum propria proprio viuit ceu coclea, sortem
Non infelicem repputet esse suam.
Sed cui contigerit aliena viuere quadra;
Ah quantum misero vita dolenda venit.
Difficile est dictu quàm longè distet ab illo,
Quam dispar ratio, testis vterq; sibi.

El que biue consigo acomodado
Con lo poco que tiene y en su casa,
Qual caracol humilde y ençerrado,
No cuente su fortuna por escasa.
Por que el biuir con otros obligado
Al trabajo y miseria que se pasa,
Es mal que solo a quel podra deçirlo
Que por no poder mas, a de sufrirlo.

Miserum esse aliena viuere quadra, iam dudũ docuit nos insignis Poeta, nihil enim miserius describi potest rancido sene barbam nutriẽte vt elegantior appareat, cuius suppellex, præter caudam bobis cum pectine nulla est, & si in morbum inciderit, deficiente sportula in gerontocomiũ siue commune ægrotantium hospitium se conferat necesse est. Fœlix ergo ille semper erit qui in mediocri fortuna imo & tenui, domum habitat non alienam & suo viuit non indigens alterius limina ad victum cõparandum, frequentare.

Pan

EMBL. XVII.



Pan simul, & Boreas castæ connubia poscunt
Iam Pythis, Arcadium prætulit illa Deum.
Non tulit hoc Boreas, scopulisq; allidere tentat,
Ast Deus effecit molliter ipsa cadat,
Quæ terræ excepta gremio, venit ardua Pinus
Pan tegit hinc gratæ frondis honore comas.
Nũc quoq; dũ spirat Boreas Pitys anxia deflet,
Sed quorsum magni numine fulta Dei?
Mens addicta Deo spernens consortia mundi
Non metuat, crebris exagitata malis.
Namq; illã non Pan, sed missus ab æthere Panis
Roborat, & tanto munere tuta manet.

La hermosa Pythis siendo cudiçiada
Del Dios Pan y de Boreas ygualmente
Por inclinarse al Dios, del impaciente
Viento con gran furor fue arrabatada.
Y entre duros peñascos arrojada
Su daño el Dios de Arcadia no consiente
Y conuertida en arbol, del sufrente
Trae por honrra, della coronada.
La qual de nueuo al pretensor medrosa,
Llora si el viento corre, mas no siento
Por que, siendo del Dios Pan socorrida.
Quanto persigue el mundo al alma es viento
Y a quella que a Dios quiso, este goçosa
Pues la defiende el Dios que es Pan devida.

Pinus arbor à Græcis Pithis dictus qui flante Borea stilat quasi lachrimans ansam dedit, huic fabulæ. Deinde æquiuocum nomen Panis effecit ad Panem de Cœlo referatur in sacra mensa quã Deus proposuit aduersus eos qui tribulant nos.

Iam

EMBL. XVIII.



Iam mors condiderat terras algentibus umbris,
Tristis & obscuro frigore mundus erat.
Iamq; suprema dies aderat, ni sorte beata
Misisset genitor lumen ab arce suum;
Atq; ignẽ validũ, qui culpæ extingueret ignem
Vnde fluit toto quicquid in orbe mali est:
Insuper, & radios sacri dum vibrat amoris,
Soluit lethali pectora nostra gelu.

Eſtaua con la ſombra dela muerte
El mundo tan ſin luz y tan elado
Que pereçiera, ſi en dichoſa ſuerte
Su luz no nos vbiera el Padre dado,
Y con la miſma el poderoſo y fuerte
Fuego, que mata el fuego del pecado,
Y para bien obrar deshaçe el yelo
Sembrando rayos de Diuino çelo.

Poſt introductum peccatū continuo mors inter Deum & homines poſita vmbram Aquilonis gelu frigidiorem vndequaque diſperſit, donec æterni patris lumen deſuper aduenies eos qui in tenebris & in vmbra mortis ſedebant, illuminauit, charitatis radios vndique diſpergens, dicente ipſo. Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat? De quo interpretandum eſt illud Matthæi, Ipſe vos Baptizabit in Spiritu Sancto & igne, quod & Lucas, repetit, & proculdubio eiuſdē charitatis ignis cæleſtis deſignatur.



Ni pateat triſtis morbus cum ſæuit in artus
  Expelli medicæ non valet arte manus.
Sic quoq; qui morbos animi velamine celat,
  Non facile optatam ſenſerit artis opem.
Accidere hoc videas lænis dum parcit amicus
  Noxia diſſimulans, nec minor hoſte nocet
Exhibet aſt formam ſpeculi detractor acerbus
  Dum maculas profert quæ latuere prius.

Es en los males la primera cura
El conoçerlos siendo cosa cierta
Que el querer encubrirlos es locura
Pues con eso el peligro se despierta
Y desta suerte el alma se asegura
Conociendo sus faltas sin cubierta
La que ponen a veçes los amigos
Y asi el espejo son los enemigos.

Differentiam adulatoris & amici iam satis in suo de hoc insigni libello, & de vtilitate capiēda ab inimicis docet elegāter Plutarchus, & nos ad hunc locum referimus cū alijs, nunc sat erit similitudinem aduertere in speculo, cuius cooperculum amicum designat vitia disimulantem sed reliquum ornamentū ostendēs ipsum liberum, in quo singula apparent, inimicos denotat qui maculas nobis ante oculos ponunt, neq; aliquid disimulant.

Libantem

EMBL. XX.



Libantem ſummos dum fertur in aera flores
Nutrit auem campis Mexica terra ſuis
Frigora quæ fugiēs truncū petit arboris, in qua
Fixa manet roſtro, dum fera ſæuit hyems.
Sic aduerſa pius vitans Chriſti arbore ſacra,
Dum pendet fixus, triſtia nulla timet.

El

El pajaro que a buelo se sustenta
De flores en el suelo mexicano
El remedio del mal nos representa
Por que quando el inuierno ve çercano
Huye buscando el arbol que asu cuenta
Es el reparo mas seguro y llano
Y colgado del pico se entretiene
Hasta que el tiempo mas templado viene.

Huius auiculæ proprietatẽ a multis audiui qui in regionibus noui orbis cõmorati sunt praci puè a fide dignissimo nostro Gasparo Mauro Societatis Iesu & hanc Vitzitzilè vocari docuit. Ex qua nobis in memoriam venit suspendiũ illud Iob, quod anima eius elegerat & ossa mortem. Nec enim vt sonat de suffocatione laquei interpretandum est sed de suspensione animæ in Deum cum corpus & ossa mortem idest omnia tribulationis tormẽta delegerint Desperatio autẽ quæ ibi dicitur est a terrenis auxilijs quod nihil iam proficerent.

Ereptam

EMBL. XXI.



Ereptam medijs cum vaccæ ex hostibus arcam
Fœderis ablato deposuere iugo;
Non illæ optatas libarunt fluminis vndas,
Aut viridi in campo deposuere famem.
Quin potius magni concisa in vertice saxi
Arserunt sacro plaustra, bouesq; rogo.
Sic cadere ante aras ducit sua præmia, quisquis
Obtinuit sacro subdere colla iugo.


El

El Arca del Señor restituida
Y cumplido las vacas con su oficio
Fue el descanso y la paga nunca oyda
Ser entregadas para el sacrifiçio.
Y asi las almas Sanctas que en la vida
Reçiben del Martirio al benefiçio,
Sabiendo que el descanso ally se gana
Estiman la merçed tan soberana.

Presenti exemplo docemur quanti habendū sit Martirij donum, si in præmium laboris boues istæ sacrificio destinantur. Fœlicissimum sane est pro Christo atq; eius fide mortem subire in testimonium veritatis sanguine suo & suorum confirmatæ. Quod quidem præcipuū ac maximum bonum ab æterno patre in lachrimis et sudore sanguineo impetrauit cū orasset in horto dicens. Transeat a me calix iste, id est non ego solus illum bibam sed isti etiam quos cooperatores mihi dedisti, & ideo rursus ait Pater Sanctifica illos sicut me Sanctificasti, quam sententiam copiose & vt conuenit hoc in loco explicauimus.

Cum

EMBL. XXII.



Cùm miserũ vexat discurrens cancer, & astat
Qui vario inmitis vulnere præstet opem;
Cumq; ignes ferrumq; parat; diuertere dextrã
Crudelis pietas, mors vbi certa premit.
Sic & cælestis medicus serpentia mentis
Vlcera candenti prouidus igne secat.
Hinc miseris est vna salus, hinc ergo necesse
Dura pati aut certæ subdere colla neci.

Auiendo

Auiendo de curar el çirujano
Al que esta cançerado, bien seria
Piedad cruel el de tener la mano
Quien mas la cura que el morir temia.
El Medico del çielo soberano
Con los trabajos la salud embia
Y aquien se ve llagado y peligroso
Morir o padeçer sera forçoso.

Dilecta Deo Tiresia nostra, Sãctitatis ac Religionis hoc tẽpore rarum exemplar, quã in Sãctarum numerum referẽdam, speramus, hoc sibi Thema delegit, memoriæ & literis comendatum nec semel repetitũ, AVT MORI AVT PATI, vt amoris sui erga Deum demõstraret affectũ, cupiẽs, pro ipso semp labores erumnas & persecutiones (quæ illi nõ defuerũt) perferre. Sed hæ tribulationes illi dulces fuere, desiderabatq; aut semper pro Christi nomine pati aut vitam finire. Verum sententia hæc ad communem doctrinam significat, tribulationem tanquam remedium peccati omnibus nobis esse necessariam, nec vllo modo respuendã.

Ceu

EMBL. XXIII.




Ceu quondam fortes, humiles nunc colla iuuenci
Coniuncti placido ſuppoſuere iugo;
Sic quoq; magnanimos reges, procereſq; potētes
Lex Sacra in manicis, compedibuſq; tenet,
Vt cum ſe tali norint ditione teneri,
Nil niſi, quod ſpiret numinis aura velint.

Bien

Bien como al yugo los humildes bueyes
Sujetan las coyundas amorosas,
El yugo Sancto y las sagradas leyes
Del Euangelio son tan poderosas
Que atan con grillos alos mismos Reyes,
Y tienen a sus nobles con esposas,
Para que ensujecion tal y tan buena
Non quieran mas delo que Dios ordena.

Siquis infidelis agnosceret qualis fuerit Sacri Euãgeliј prædicatio in omni terra, proculdubio argumentũ sibi nõ leue ad credendũ assumeret, videns potentiã Principũ Regũ atq; Imperatorũ ab infirmis pauperibus deuicta, nõ armorũ potẽtia, non disciplinarũ eruditione aut eloquentiæ vi sed gratia Dei disponentis animas ad obediendũ ita vt qui leges aliјs imponebant & ab his soluti erant, nunc Euangeliј legibus subditi parent, cõfiteaturq; eã esse Ecclesiæ Sãctæ potestatẽ vt Reges valeat in compedibus alligare & Principes eorum manicis ferreis cõprimere quod in nostra enarratione vt oportet explicatur.

EMBL. XXIIII.



Cum propius terras sol ardens conspicit, ignem,
Non iacit, & flammas temperat ipse suas.
Ast vbi christallo irradians se interserit, ecce
Vrit, & ætherea lampade cuncta micant.
Sic speculum mens pura Dei de lumine lumen
Concipit, & flammas spargit vbiq; suas.

Quando se muestra descubierto el velo
El claro sol a vna y otra parte,
A vn que con fuerça su calor reparte
A tiempos, a ninguno abrasa el suelo.
Mas si se opone a su calor el yelo
Del christalino espejo de tal arte
Se inflama en el, que sin que del se aparte
Hecha vn fuego de si del mismo çielo.
O si se açerca a la diuina llama
El alma sin mançilla de pecado,
Espejo claro donde Dios se mira.
Como de tal manera en el se inflama
Que al que de tanto bien no se retira
Haçe que en ygual fuego este abrasado.

Aeternùm Dei lumen postquã alicuius mentem illuminare contigit, subito apparet, bonitatis suæ radijs vbiq; dispersis. Ita vt qui iam hoc sacro igne arserint omnes eodẽ ardere concupiscãt & quantũ in ipsis facultas est, opere & sermone solicitãt. Cuius rei exempla in Euãgelio Sancto satis nota sunt & a Sacris Doctoribus animaduersa.

Qui

EMBL. XXV.



Qui torua immitis spectabant ora Medusæ,
In saxum miris obriguere modis.
Hãc duce magnanim' superauit Pallade Perse'
Que capite orta Iouis mõstra profana fugat:
Hac etiam auxilium præbet, queis dura libido
In silicem verti mollia corda dedit.
Hanc etenim dum sensus abest solertia prudens
Duritiem sensim vincere sola valet.

Quedauan hechos piedra y ſin ſentido
Los que ſolo mirauan la Meduſa
Aquien Perſeo por Palas a vençido.
Y es eſto el viçio malo que ſe vſa
En los que por flaqueças an venido,
A tener ſu caſtigo por eſcuſa
Que ya no ſienten, y en la piedra dura
A de cauar la induſtria con cordura.

Perſei & Meduſæ Poeticis carminibus deſcriptæ narrationes, plura moralis Philoſophiæ monita in ſe continent, quale eſt obdurationẽ illorum taxare qui in ſilicem conuertũtur vitio libidinis demẽtes facti, quos oportet ſolertium prudẽtum induſtria in priſtrinum ſanæ mentis ſtatum (ſi fieri poteſt) reuocari.

Sydereis



Sydereis postquam deiecta est sedibus Ate
Heu dira in terras quam mala multa tulit;
Post hanc & Litæ cælo mittuntur ab alto,
Sarcire vt strages, queis furit illa, queant.
Hæc volat, incedunt luscæ, claudæq; sorores,
Cladibus hinc nulla, aut tarda medela venit.

Siendo del alto çielo desterrada
Atis per judiçial y perniçiosa,
Y la tierra por ella maltratada,
Procuran remediarla alguna cosa
Las Litas aquien es encomendada.
Mas la defensa es poca y espaçiosa,
Por yr Atis abuelo caminando
Y ellas çiegas y cojas arrastrando.

Atis nomine malum pœnæ dicta est Homero, & alijs, quam filiam eße Iouis sed quæ omnia perturbaret ac propterea electam eße ab æthereis sedibus suis carminibus decantarunt, In quo ostenditur tribulationem à Deo esse & minimè cælestium Spirituum quieti & perpetuo gaudio conuenire. In terra autem quam sit potens experientia docuit quamque impotentes Lyte quibus supplicationes significantur, quæ post damna & strages nihil aut parum resarcire valent.

EMBL. XXVII.



Extremis postquam rediјt mercator ab Indis,
Et patriam varia merce beatus adit;
Explicat hanc cunctis, resq; admirantur Eoas
Et celebrant gazas, nec tamen vllus emit.
Laudatur nimium virtus, sed vilior alga
Alget, & in medio restat inempta foro.

Vn milanes abrio ſu tienda vn dia
De gran concurſo a tiempo que la gente
Cada qual en ſu tracto diligente
A ſolo ſus negoçios atendia.
Mas oluidados dellos aporfia
Llegaron a mirar atentamente
La riqueça tan varia y exçellente
De quanto bueno en todo el mundo hauia,
Todos alaban todos engrandeçen
La bondad y riqueças dela tienda
Mas no ay quien della comprar algo quiera.
Y tal es la virtud que ſin contienda
Todos la preçian honrran y encareçen
Solo para mirarla des de fuera.

Impretio prætiũ,(ait ille) nũc eſt,nihilq; præter diuitias, vulgo æſtimatur aut colitur. Quæ ad diſciplinarũ ſcientiã pertinẽt oblita pæne ſunt. Ingeniũ,probitas,irriſorũ morſibus lacerãtur. Et ſi occultari nequit virtutis valor, miſerũ eſt quã ſine precio ſit, & quia in ſe omni laude dignisſima eſt non mirũ ſi a multis probatur ſed neq; illã digito attingũt,ex quo iãpridẽ non ab re dictum eſt. Virtus laudatur, & alget.

Miratus

EMBL. XX.



Miratus taurum conflatum ex ære tyrannus
Approbat ingenio munera digna suo.
Vtq; fero artifici dentur sua præmia, primum
Mugire authorem iussit in ære suo.
Sic & consilij dirus fabricator iniqui,
Flagitijs primus trista damna luet.

Quien

Quien con el toro de metal combida
Llegando la crueldad a donde pudo
Iuſto fue que acabaſe alli la vida
Entrando en el a ſu peſar deſnudo.
Merçed a tal ſeruizio mereçida,
Qual ſe le deue al conſejero agudo
Que en mal hazer emplea ſu deſtreza
Y ordena Dios le llueua en la cabeza.

Phalaris huius noſtræ Agrigentinæ Ciuitatis (cui licet indigne præſum) antiquis temporibus Rector, quem ſi tyrannum dixeris, nihil aliud quam Regem ſignificat, iuſtæ crudelitatis memoriam in hoc Perilo nobis reliquit, vt qui author tam impÿ fuerat tormenti, illud primus experiretur, & ſingulos admoneret, neminem diligentẽ eſſe oportere in malis conſilÿs dandis, ne meritas pennas luat, iuxta decretum antiquum vulgari ſermone receptũ, Malum conſilium conſultori peſſimum.

Corferre

EMBL. XXIX.



Conferre indigni cum ſe primoribus audent,
Quod ſors cæca illos auxerit inmeritos,
Euenit vt ſubito ſummo de vertice nutent,
Sorſq; eadem miſeros in nihilum redigat.
Non ſecus ex altis deſcendens montibus vmbra
Creſcit, & vt maior protinus illa fugit,

Quando

Quando los malos sin raçon se igualan
Con los que son en honrra auentajados,
Quando mas enel mundo se señalan
Con prosperos suçesos leuantados,
En vn punto suçede, que res valan
Y enel mismo los vemos acabados.
Por ser como las sombras quando creçen
Que en viendo se maiores, despareçen.

Quicunque vano supercilio omnes anteire & propter male adquisitas opes nobilioribus præferri se affectant, neque aliud quã suæ obtemperare voluptati student, omni vitio deditu, non sibi Nestoreos promittant annos, sed timeãt iustissimi Iudicis vindictam inminere. Quos vmbris similes dicimùs, quæ cum maiores ad occasum solis apparent, subito euanescunt, vt verissimum sit quod Dauid inquit. Vidi impium exaltatum super cedros Libani, transiui & ecce non erat.

Qui

EMBL. XXX.



Qui rectum diuertit iter, atq; inuia cernit,
Cogitur emensas rursus inire vias ;
Non secus oblique flectentem a tramite recti,
Dum felix propius iam sua damna videt,
Ne sic in salebras præruptaq; saxa feratur
Est opus hinc retro cædere, tutus erit.

Es

Es en la vida la mayor hazienda
El procurar yr bien encaminado
Y asi el que no lo va, buelua la rienda
Que se vera sin duda despeñado
Y heche de ver con tiempo, que la enmienda
Es vnico remedio del pecado.
Y del que va perdido es el consejo
El voluer para tras como cangrejo.

Huic in mundo animali proprium esse dicitur, & Plinius de authoritate Thrasili iã docuit, cum ægrotat remedium sibi in cancro inuenire, Et hæc nobis similitudo in eodem cancro retro semper incedente, animi morbos curare ostẽdit Oportet siquidem in mutare vitam & retrocedere, neque enim diffidendum est, mutari sententiam Dei si nos vitam mutare decernimus.

Litterulis

EMBL. XXXI.



Litterulis binis quas rusticus haud bene norat,
Abdita vel doctis noscere sensa putat.
Scilicet o duplici praua, & bona cuncta teneri
Atq; acceperunt talia dicta fidem.
Multa pius quoniam tolerans prorumpit in ista
o breue tormentum, O gaudia quanta manẽt
Sed malus o quàm se breuiter solatia claudunt,
O mala quam longo tempore discruciant.

El

El rustico deuoto no enseñado
Con dos letras y aun menos que sabia
Saber secretos tales pretendia
Que a penas los alcança el mas letrado.
En dos oes tan solas encerrado
Estar el mal y el bien tanbien deçia.
Y vista la raçon que le mouia,
De todos con raçon es aprobado.
o pequeña y O grande son del bueno
o que presto se pasa este tormento
O que goço que espero eternamente.
Mas el malo dira de angustia lleno
o quan poco que dura el vil contento
O quan de espacio el mal del mal se siente.

Non multo ante nostrum in Siciliam aduentũ narrauit hæc & alia de isto analpbabito sed literatissimo rustico, quidam ex nostris amicis qui & mecũ simul magnitudinem sapientiæ & scientiæ Dei mirabatur. Ecce hic rusticus a nemine edoctus, doctissimos quosq; docebat et magno cordis affectu diuinis officijs asistens & cõtinua oratione detentus ab ecclesia nunquam recedebat.

EMBL. XXXII.



Fallacis vitæ quisquis ſpatiaris in hortis
Hic vbi multiplici gramine vernat humus,
Si ſapis, abſtineas lætos decerpere flores,
Deſine purpureas depopulare roſas.
Nam figũt dextras armata in cuſpide, & herba
In viridi ſerpens ſæpe inimica latet.

Los que pisais del mundo las praderas,
Frescas al pareçer y deleytosas
Por mas que se os demuestren lisonjeras
Yos llamen, no querais coxer sus rosas,
Que punçan con espinas verdaderas.
Y sin esto, son falsas y engañosas
Por que tienen de bajo (cosa cierta)
La esponçoñada biuora encubierta.

Fallax voluptatum suauitas quam subito dolores & erumnæ comitantur. Extrema siquidem talis gaudij luctus occupat. Debiles hæ sunt sed fortissimos plures superarunt, quod Seneca dixit. sæua etiam ingenia rapuerunt. Virum ergo probum inprimis voluptates debellare oportet, ac omni animi conatu semper attendere, ne ipsarum blanditijs seductus in perpetuas molestias deuenire cogatur.

EMBL. XXXII.



Vt veram à falsa possit discernere matrem,
Infantem Salomon findier ense iubet,
Annuit hæc, instatq; operi: verùm illa recusans
Postulat indignæ victa dolore dari.
Sic vera æterno coniuncta Ecclesia Christo
A falsa quantùm differat exprimitur.
Nam varia hæc varias scissuras quærit, at illa
Vna intacta manens schismata nulla probat.

Para que la verdad ſea conoçida
El poderoſo Rey ſabio, y prudente
Manda que el niño tierno ſe diuida,
La falſa madre otorga que no ſiente
Lo que va de morir a tener vida
Mas la que le pario no lo conſiente.
Y aſi no admite ſciſma ſiempre entera
La Sancta Yglesia Madre verdadera.

Hiſtoria hæc Sacra Regis Salomonis ſatis propriè hic in myſtico ſenſu interpretatur de integritate Eccleſiæ; quam diuidere pernicioſo, & execrabili ſchiſmate iamdudum conata eſt diſcordia ſeditionum mater quæ in Eccleſia malignantium inhabitat. Sed vera Mater Sanctiſſima Dei Eccleſia vna ſemper integra, & inmaculata in æternum permanet.

Turpia

EMBL. XXXIIII.



Turpia tot variæ spargunt mendacia linguæ
Credier ut liceat non nisi quæ videas.
Nec satis, hæc eadē manibus tractare necesse est
Mōstrat Elothalidæ hoc sic oculata manus.

Esta ya introduçido donde quiera
El fingir con estilo cortesano
Lo que no es y loque nunca fuera,
Y quieren que se tenga por muy llano.
Mas Epicharmo en esto nos dixera
Con el ojo en la palma dela mano.
Que es menester primero que se crea
Tocarse con la mano y que se vea.

Inter alias curialiũ nugas, primas habent partes Fictio et Simulatio. Illasq; Fraus & Dolus comitantur: vt nihil iam bona fide agatur, sed vt cautius & commodius (vt aiunt) licet omnia debitæ obseruantiæ iura spreta permaneant. Qua propter Epicharmus admonuit, manus & oculus in vnum conuenirent, dum occulatam manum ostenderet, vt rebus credendum sit non verbis, ac deinde non quacunq; dicuntur vera esse iudicentur.

Indi-

EMBL. XXXIIII.



Indica dum liquidas ludit testudo per vndas,
Cum media flammas Phœbus ab arce iacit
Dumq; inuersa natat nimio exiccata calore,
Siccior obriguit, quam fuit ante cutis.
Cogitur & refluis vitam disperdere in vndis,
Cum nulla in rectum vertier arte valet
Non secus ad radios qui se inuertere potentum,
Sæpe insperatis succubuere malis.

Como jugando al Sol de medio dia
La Tortuga marina del Oriente
Nada de ſpaldas y aun que mas porfia
La ſequedad ſubuelta no conſiente
Y hallaſe de tal ſuerte qual ſeria
Poſible verſe en corte alguna gente.
Que al rayo del fauor ſe an traſtornado
Y no ay boluer en ſi, que ſe an ſecado.

Teſtudinum in mari Indico ea eſt magnitudo, vt illorum conchæ habitabiles caſſas integant, quæ ad Solis radios conuerſæ dum reuerti non poſſunt, exicatæ inueniũtur. Et tales eſſe dicimus ambitioſos qui potentum aulas frequentans & promiſſis iã diuites ſingulis diebus ſpectant honorem adepturos, nec ſatis eſt ſemel decipi, ſubſtinent, & ſperant adhuc donec ſpirent vltimũ halitũ, ac ſine mente perſeuerant, quod in ſe iam conuerti non valent.

Tam

EMBL. XXXVI.



Tam domino grata est humilis fiducia serui,
Et tanto iusta sunt in honore praces.
Vt quamuis sacras quisquam commouerit iras,
Pacato precibus numine tutus agat.
Hic sculptũ fulmẽ, quod sic super incubat aram
Diuina ostendit vincier arma prace.

Puede

Puede tanto la humilde confiança
Con Dios, y tanto el justo y Sancto ruego,
Que quanto pretendiere el hombre alcança,
Si conoçe que andaua errado y çiego.
La oraçion le desuia la vengança
Que le speraua con eterno fuego
Y a si tendido el rayo sobre el ara
La Diuina clemençia nos declara.

Ex quodam antiquo numismate expressa fuit hæc ara in qua fulgur depositum apparet cũ titulo, Clementia, vt illius Imperatoris egregia hæc virtus commẽdaretur: Sed vt verius ista significent (omissa principũ adulatione,) clementiam Dei nobis hæc proponũt & simul exhortamur omnes ad Omnipotentem Deum assiduis præcibus accedamus sine timore, exaudiri sperantes, quoniam benignus est misericors miserator, & iustus & nunquam humilium vota despicere solitus.

EMBL. XXXVI.



Quod nimijs obſtet ſemper Rhamnuſia votis,
Non mirum, irritant vota ſuperba Deos
Sed quæ vel ratio, vel mens pia poſtulat, vnde
Aduerſas Diuum promeruere manus?

Con-

Que estorue los sucesos deseados
Rhamnusia desabrida, non me espanto
Quando son los deseos demasiados,
Mas no a quellos que son medidos tanto
Quanto requiere el ser encaminados
A fin que con raçon se diga Sancto.
Que indignaçion es esta? o que enemiga?
Que siempre los estorue y contradiga?

Indigne ferentis fortunam suã aduersam verba sunt hæc, at cuique proderunt vt se in nimijs desiderijs corrigat. Quod si ad rationem moderata fuerint vota, minimè desperandum rata esse futura. Tum maximè si omnem nostrum cogitatum in dominum proijcimus. Sic enim Dauid ait, iacta, quod omnimodam renuntiationẽ & sine mora denotat. Ipse enim pro sua benignitate, qui aperit manum suam, & implet omne animal benedictione, profutura nobis proculdubio conferet.

An-

EMBL. XXXVIII.



Annuit ante aram dulci procumbere dextra
Isacus, heu patris pignora chara sui.
Cumq; prius summo obtulerit sese ipse parenti,
Obtulit implicitas in sua vincla manus:
Luminaq; obscuro tectus velamine, supplex
Expectat gladio iam properante mori.
Interea implorat dominum contentus in ipso
Viuere, siue animam victima factus agat.

Con-

Consiente Isac en ser sacrificado
Por mano de quien le ama tiernamente,
Y auiendose del todo resignado
En las manos de Dios omnipotente.
Se ve ligar las suyas y vendado,
Aguarda el golpe que venir ya siente.
Llamando a Dios en quien biuir espera
Aun que ofreçido al sacrificio muera.

Cum per triginta dies, in hoc Episcopali Agrigẽtino Palatio, a quibusdam proscriptis grassatoribus obsessus fuissem, et diebus singulis in nostro sacello rẽ sacrã peragerem, nõ leue mihi solatium fuit Isac Sanctum considerare iam aræ impositum ligatis manibus & crudelem gladiũ expectãtẽ. Sic enim oblatus erã Deo vt quod suæ voluntatis eßet in me exequeretur. A quo inmani discrimine misericordia Dei liberatus sum, licet adhuc hæc pericula & insidiæ non desint. Sed o Sanctissima Virgo Maria Mater Veritatis in te sperauimus sub tuũ præsidium confugimus nostras deprecationes non despicies.

Aßuetus

EMBL. XXXIX.



INVIA VIRTVTI NVLLA EST VIA.

Assuetus magnis animus sic se excitat acer,
Vt nusquam vires consulat ipse suas:
Nam si deficiant, solers industria vincit,
Improbus assistat si tamen vsq; labor.
Sic & in accessa est virtuti semita nulla,
Annibal abruptis Alpibus hoc docuit:
Cuius ob id facinus nomen sese intulit astris
Vt merito hoc valeat nulla abolere dies.

Donde

Donde llegar la fuerça desconfia
El animo y valor tienen tal mano
Que juntadas la industria y la porfia,
Lo mas dificultoso se haze llano
Qual se mostro alas gentes a quel dia
Que los Alpes paso el gran Africano.
Cuyo esfuerço y valor con tanta gloria
Haran eterna siempre su memoria.

Virtuti cedere fortunam, in his videmus qui in rebus agendis prudentia, & perseuerantia incumbunt totisque uiribus instant; illud verissimum esse credentes, quod assiduus labor qui improbus dicitur, omnia vincat. Et cum alias dictum sit: Nullam virtuti inuiam esse viam, in historia Annibalis notissima & satis ad rem apta, hoc demonstrare presenti emblemate conati sumus.

EMBLEMA XLI.



Heu miserum quoties congesta pecunia vexat,
Sedula cui semper cura ministrat opes.
Nam simul, atq; arbos pomis onerata dehiscens
Sternitur, ac inopem copia magna premit.
Fortunam positum qui se videt inter vtramq;
Huic mage quæ nulla est iure colenda venit.

No ſolo no aprouecha la riqueça
A muchos que en llegarla ſe an canſado
Mas vienen a paſar mayor pobreça
Si acaſo dela muerte ſe han librado
Qual ſe ve dela fruta y ſu grandeça
El arbol con el peſo deſgajado.
Y aſi de todas la mejor fortuna
Es muchas veçes no tener alguna.

Quicunq; fœlici ſorte quam reputat, ingentem pecuniarum ſummam ſibi comparat, velut arbor copioſo fructu onuſta videat ne debiſcat, cum ſibi tot hoſtium inſidias excitauerit. Quorũ manus ſi forte euaſerit crudeles, & in manus conſilij ſui deuenerit, crudeliores contra ſe inueniet. Quo fit ut fœliciorem obtineāt ſortem qui vel nullam adepti ſunt.

EMBL. XXI.



Tetra auis, & nullo pennarum ornata decore
Scanderat aereas ausa volare vias.
Iudicio hanc sisti iussit Regina volantum,
Ne immerito absentem criminis argueret,
Illa ergo ostendit, quas falso credidit alas.
Muribus ex ipsis testificata genus,
Sic iudex tenebris addictam luce relegans,
Omnibus infestam protinus esse iubet.

Viendo las aues el atreuimiento
Del que volar sin plumas pretendia
Quexaron del, y preso sin tormento
Confesò de ratones descendia.
Y aunque (como alegauan) no tenia
Plumas con que volase por el viento,
Tales quales al fin alas traya
Con que poder volar a su contento.
Vista su confesion y aueriguado
Quien fueron sus mayores, quien el era
Y su poco caudal, por atreuido
Del Aguila Real fue condenado
En destierro del dia, y que doquiera
Fuese stimado en poco y perseguido.

Vtinam in hoc lepidissimo iuditio Aquilæ suam sortem agnoscerent qui nimium sibi arrogantes, cũ vix fuerint discipuli, magistros agunt, & præter ipsos neminem probari aut laudari student, sed a suis, aut vanis alijs auditoribus quos blandis sermonibus demulcent. Quibus in pœnam datum est ne in lucem prodeat aut viles & abiecti inter omnes habeantur.

EMBL. XLII.



Caucaſea ferro aſtrictus ſub rupe Prometheus
Perpetuam nimio pectore paſcit auem;
Inter vtrumq; manet fibris in corde renatis
Nec viuit viuens, nec moritur moriens.
Sic procerum ſæuo vexantur pectora morſu,
Quos & deuinctos publica cura tenet,
Nec pereunt, quoniam ſurgunt in pectore vires,
Cordaq; ſunt ipſis amplificata malis.

En el Caucaso monte el atreuido
Prometheo veis aqui medio deshecho
Del aue que sobre el haçe su nido
Y buelue luego renouado el pecho.
Lo mismo auiene aquien esta afligido
En publico gobierno asu despecho.
Que ya estuuiera entre los oluidados
Mas creçe el coraçon con los cuydados.

Quanta in muneribus publicis solicitudo sit iã satis ab omnibus difamatum est, sed si in his præter ordinem, erumnæ & miseriæ aduenerint catenis astringi necesse est vt persistere valeant. Quibus proculdubio fortissimi cuiusq; animus deficeret dum assiduæ curæ dilacerant cor, nisi & ipsum simul cũ ærumnis cresceret & beneficio altissimi dilataretur vt in Dauid Rege, qui a iuuentute in laboribus assuetus omne genus tribulationũ expertus est. Et demum, in tribulatione (inquit) dilatasti mihi.

Qui

EMBL. XLIII.



Qui ex humili degit magna inuidiosus in aula,
Illum quòd nimiùm Principis aura fouet:
Si nihil huic magno reddit cum fœnore tellus,
Securus sortis non velit esse suæ.
Non sua diffundat pompæ ostentator inanis:
Ast auis exemplo consulat ipse sibi.
Hæc etenim ante hiemem nouit cõponere nidũ,
Dum placidæ æstatis tempora clara sinunt.

Por mas fauores que siruiendo cuente
El que fuere del Principe priuado
Aun que sólo mirando lo presente
Este bien y se hallare acomodado,
Si es auisado y cuerdo, si es prudente
Podra deçir, no es este firme estado.
No siempre sera stio, sin ruido
Recojamos pajuelas para el nido.

Didacus noster Fœlicissimæ memoriæ splendidã habuit familiam ex qua plures ad Episcopalem deuenerunt dignitatem præter illos qui officio Sanctæ Inquisitionis inseruierunt, & ex seecularibus plures in domo regia, & alijs publicis officijs adhuc seruiũt. Inter quos fuit quidam Oeconomus a puero in domo enutritus, & istum suam vel patroni substantiam disperdere fama erat, quem hoc versiculo inscripto vbi quotidie ab ipso, legeretur, admonui. Nõ semper erit æstas componite nidos, nec profuit, & postea in summam paupertatem deuenit.

Non

EMBL. XLIIII.



Non hæc latrantis deformia Anubidis ora
Niliacis longo tempore culta viris
Quin potius putido simul hæc imposta sepulchro
Mystica diuini carminis intus habent.
Conueniant igitur crudelia symbola cetu
Iactancti medio verba canina foro.

No

No es este aquel Anubis venerado
Tanto tiempo de Aegypto aunque disforme
Mas la figura del cruel Senado
De maldiçientes, y porque conforme
Lo que el diuino espiritu ha cantado
De gente tan pestifera y enorme.
Sobre el sepulchro abierto se leuanta
Pues de tan mal olor es la garganta.

Quid non contra irrisores cõmunes reipublicæ hostes tam sacris quam profanis litteris dictum est? aliqua in enarratione referuntur, & hic satis erit insinuare originẽ huius Symboli: Nempe a sententia Dauid Regis, Sepulchrum patens gutur eorum, propter fœditatẽ oris. Sed quam crudeles sint in dilacerando cuiusq; honorem, & famam canis rabidi seu Lupi vespertini crudelissimi figura viperas guturi implicitas gerentis, ostendit.

Tar-

EMBL. XLV.



Tartareis victor rediens Tyrinthius orls
Tricipitis vinxit colla cruenta canis
Ex illo quamuis latratu terreat vmbras,
Ferrea non vlli vincla nocere sinunt.
Stulte ergo efficiet qui sese ingesserit vltro
Vt veniat sæuo subdita præda cani.

Per

Por Hercules vençido el can Ceruero
Domada en grande parte ſu braueça,
Yatado como veys enel madero
Para que ſe limite ſu fierça,
Mueſtran al cuerdo y ſabio verda dero
La ciega tontedad y la ſimpleça.
De aquel que ſe le açerca eſtando claro
Que a deſer preſa ſuya ſin reparo.

Crudeliſſim' humani generis hoſtis ligatus modo eſt, quia limitatam habet poteſtatem vt in Iob videmus, & deinde inuitis nobis nihil in nos vnquam valet propter liberi arbitrij fortitudinem. Ideoq; ſecurus euadet qui ad ipsũ vltro per conſenſum a voluptatibus allectus non acceſſerit. Fabula Herculis ſatis ad rem aducta eſt, quæ in recordationem omnimodo neceſſariam nobis prodeſſe poterit.

Viuere

EMBL. XLVI.



Viuere quisquis auet procul à popularibus vris,
Cuilibet ignotus non tamen ipse sibi:
Non mirum rudibus rudis ipse appareat, atqui
Diuini ingenij munera sacra latent.
Sylenos habuit quosdam veneranda vetustas,
Queis erat inclusum nobilis artis opus.
Forma externa illis rudis, atq; inculta sed int⁹
Clausere artifices mystica signa manus.

Nos

No siempre se demuestra por defuera
El ingenio y valor que esta encerrado
En quien la profesion mas verdadera
Haçe modesto humilde y recatado.
Es menester llegar se le siquiera
Por que hallaran auiendole tratado,
Ser por ventura al pareçer Syleno,
Y en lo interior de mil grandeças lleno.

Syleni Alcibiadis (vt norunt Docti) figuræ fuerunt ligneæ, quæ exteriori forma Sylenis erãt similes sed interius adaperti demonstrabant varias e buxo imagunculas adeò artificiose fabrefactas vt mirum in modum authoris ingenium comendarent. Et tales eße dicimus sapientũ virorũ aliquos qui pro ipsorũ modestia nihil exterius suæ excellentiæ demonstrant, & vulgo negliguntur. Sed si propius tractantur, & oportet rerũ suarum rationem reddere, omnes in sui admirationem trahunt.

Nouerit

EMBL. XLVII.



Nouerit, attonitus animi quicunq; leanam
Desinere in sæuam virginis ora videt,
Sphynga Deũ ante ædes priscos posuisse biformẽ
Vt studeat caste quisquis adire Deos.
Nam sæuum sæuis species hæc sæua reuelat,
Et mitis, mitem mitibus esse Deum.

A las

A las puertas del templo aun que profano
En la sphinge que veys se amonestaua,
Al que entrase a pedir, seria en su mano
Alcançar el perdon que deseaua.
Por que si el con los otros era humano
Benigno y fauorable a Dios hallaua.
Y fiera sin piedad y poco afable
Hallauale asi mismo inexorable.

Insignis iste priscorum ritus, ante Deorum templa sphingem biformen statuendi, sententiã celebrem in se referebat, vt omnes admoneret. frustra iniquo animo ad Deos accedere vt indulgentiam ab eis impetrẽt qui aduersarÿs suis præstare veniam recusant. Talem enim Deũ inueniet qualem se introduxerit. Quod & Dauid in his verbis docuit. Cum Sancto Sãctus eris cũ iniquo peruerteris. Siue vt in Hebræo peruertes, & D. Bernardus in cantica. Qualem te paraueris Deo talis oportet appareat tibi.

EMBL. XLVIII.



Se comitem addiderat Ceruo per deuia Vulpes,
Dum timet obscurum carpere noctis iter.
Nec pauet vlterius acres secura molossos,
Aut simul in sæuas comminus ire feras.
Sed postquam torpere suum videt illa sodalem,
Et trepido quàntos incutit vmbra metus.
Hæc ait, Esto procul, generose o miles in armis,
Si nihil in tanto corpore cordis habes.

El çieruo con la zorra caminando
En gran conformidad, ella deçia
Que eſtimaua tenerle de ſu uando
Por ver las armas grandes que traya.
Mas viendo que de todo yua tenblando
Y el animo tan flaco que tenia,
Paſe (dixo,) de largo el cauallero
Mas coraçon y menos armas quiero.

Nouus hic Cerui et Vulpis apologus antiquum in rebus bellicis præceptum notat. Nihil enim infœlicius contingere poterit militũ ſtrenuorum exercitui quam ducem habere inexpertem aut timidum Neceſſe eſt pereant rectoris defectu quanuis nobiliſſimi, cum maiorũ ſtemata nihil vnquã proſunt; licet admonere & cohortare valeãt. Ex quo veriſſimum fuiſſe cõſtat illud Cabriæ repetitũ votum, dicentis. Mallem Ceruorũ exercitum, Leone Duce quam Leonum, Duce Ceruo.

EMBL. XLIX.




Extinctum media Alcides cum vidit arena
 Antæum tactæ surgere matris ope,
Suspensum validis procul à tellure lacertis
 Comprimit, & misero mors properata venit:
Terrenus sensus summa & demissus ab arce
 Spiritus in nobis acria bella gerunt.
Sæpius hic victor deuictum in prælia vidit
 Rursum terrenis surgere subsidijs.
Ergo illum vt superet, longe à tellure reuelli
 Est opus, & totis viribus vsq; præmi.

Luchando a quel famoso hijo de Alçeo
Con hijo della tierra, derribado
Mil veçes le tenia y acabado
Y tantas ala lucha buelue arreo.
Y Hercules conoçiendo como Anteo
Dela tierra su madre era ayudado
Leuantando en el ayre y apretado
Tiniendole, dio fin a su deseo.
El alma hija de Dios con el sentido
Que es hijo dela tierra gran contienda
De antiguo entre los dos siẽpre ha tenido,
Y para le vençer, conuiene atienda
Tenerle dela tierra suspendido
Que con esto no aura quien le defienda.

Sentio aliam legem in membris meis quæ repugnat legi mentis meæ, inquit Paulus, ostendẽs hæc inter animam & corpus, mentem & sensum perpetua disidia. Ratio autẽ mẽtis, semper superior erit vbi suspendium elegerit anima & a terrenis subsidijs voluptate & delicijs abstinuerit in corpore, quod ipsam agrauat, tanquam corruptioni obnoxium.

Hic

EMBL. L.



Hic vbi iam medium cœli sic rectus Orizon
Diuidit, vt cedant noxq; diesq; pares
Non equidem Zonis mensura est omnibus vna
Non etiam motus omnibus vnus adest
Ast minor & maior velox hæc tardior illa
Insimul accessu succubuere pari
Sic & ad occasum vitæ, quo tendimus omnes
Serius aut Citius sors sua quemq; manet.

Los

Los çirculos que vemos en la sphera
Llamada recta, donde son iguales
El dia y la noche, si se considera
Ser en grandeça y curso desiguales
Mas acabar al fin de vna manera
Nos diçen lo que pasa en los mortales.
Quelos grandes y chicos (si miramos)
Todos a vn occidente caminamos.

